



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 8. De aliis Principibus Hetruriæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

rum militum; duo millia ex Grafinianâ educere possunt, qui omnibus Italicis anteponuntur. In urbe tres Tribuni, singuli in singulis partibus, quibus parent duo millia expeditissimorum hominum. Itaque dum res flagitat momento temporis sex hominum millia disponuntur. Vrbs maioribus propugnaculis vndeclim præcinctitur & munitur, & in singulis milites 50. cum *Commissario* ut vocant; vrbis hæc accuratissimè seruat. In urbe quoque horrea publica quibus Status vniuersus annos duos ali possit, ipsa ciuitas Luca annis septem si obsideretur, quare identidem frumenta, &c. mutantur. Centum milites ab urbano magistratu eliguntur, quorum patria quinque milliaribus absit à ciuitate, sed hi neque Lucenses esse possunt, neque subditi Magni Ducis, neque plures quam quinque ex eodem oppido, seu vico. Iis capitale est noctu muros vrbis condescendere, solis enim ciuibus custodia vrbis nocturna committitur.

DIVITIÆ. Reditus eius Reip. sunt centum quinquaginta milia aureorum, ex solis vestigalibus serici, salis, farinæ, & omnium mercium: hic quoque ex publicis furnis aliquid pecuniæ conficitur, omnes denique in Remp. benè animati atque libertatem, se suaque omnia commodis publicis libentissimè deuouent.

NVM. 8. De aliis Principibus Hetrurie.

REX HISPANIÆ antea duas ditiones habebat, aut seruabat in Hetruriâ, ditionem Plumbensem cum parte Insulæ Iluæ, & Statum Præsidij, ubi Portus Herculis *Porto Hercole*, Orbitellum, & Telamon Portus *Orbitello*, & *Telamone*. Pendebat harum ditionum regimen à Prorege Neapolitano, quoniam ab eo facilius iuvari possunt. Nunc Plumbensem agrum & partem Iluæ perdit, Galli accuratè seruant.

PRINCEPS MASSÆ, & MARCHIO CARRERÆ ex Cibis oriundus est, qui teste Sansouino origine Græci sunt: ex hac familia orti duo Pontifices sumimi, & 8. Cardinales. Sub initium huius saeculi huic ditioni præerat Albericus Cibo, quo annitente factus est Princeps, qui antea tantum Marchionatus erat. Is duxerat Ricardam Malespinam, unde factum est, ut deinceps Malespinæ nomen Ciborum nomini adiungeretur; ex eâ suscepit Alderanum qui reliquit tres filios, Carolum, Alexandrum, & Ferdinandum,

& ante patrem obiit; in præsentia Carolus rerum potitur. Tractus de Principibus Italiz ei tribuit annui reditus octoginta aureorum millia; alij quinquaginta, alij denique tantum viginti octo millia. Aiunt etiam eum esse in clientela Regis Hispaniarum, & ab eo percipere quotannis tria millia aureorum; ex suis subditis armate posse tria peditum millia, & equites trecentos. In Agro Pisano habet Dominium *Aniano d'Agnano*, vnde pendet à Magno Duce; in Umbriâ Comitatum *Florentillæ de Fiorentillo*, vnde à Summo Pontifice; denique in regno Neapolitano Ducatum *Aielanum d'Aiello*, vnde ab Hispano.

PRINCEPS MALESPINÆ præcipiuus primarium habet oppidum *Fossamnouam Fosdinouo*, aliter *Fornouo*, & *Fuordinouo*, eius quoque domus Principes 30. quâ oppidis, quâ burgis, quâ vicis potiuntur in Lunegianâ & valle Macrensi, sed ditioni Magni Duci omnia hæc loca implicata sunt. Domus Malespinarum annui reditus dicitur supra 50. aureorum millia possidere.

COMEPS PETILIANI ex familiâ Vrsinorum vnicam urbem habet inter Agrum Senensem & Castrensem: annui reditus habere dicunt aliqui 12. millia aureorum; alij tamen ferè octodecim millia ei tribuunt.

DOMINVS POPVLONII, *le Seigneur de Piombino*, & *Ilvæ Insulae*, & de l'île d'Elbe, oriundus est ex Apianis, quorum primus Iacobus Apianus dictus est à pago Apiano in ora Pisana; qui cum amanensis esset Petro Senensium Dynastæ, eum postea cum filiis interemit, Galeatio Pisas addixit, qui ut ei gratiam rependeret Populonium cum Insulâ Iluâ ei adiudicauit. Eius Iacobi familia ita se habet.

IACOBVS Primus, Dominus Populo- nij.	G E- RAR- DVS	IA- BVS II. NETVS	EMA- CO- Thua- no, M A- NETVS	IA- CO- BVS III. IV. aliis.	IA- CO- BVS III. IV. V.	IACOBVS VI. nepos Ioan- nis Cardina- lis Salviati, sub tutelâ matris reli- ctus.
--------------------------------------------------	---------------------	----------------------------	----------------------------------------------	--------------------------------------------	----------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------

Nunc obtinetur à Ludouisiis, & ditionis eius Dominus dicitur Ludouicus *Ludouiso*. Sub Iacobo VI. Iacobus Lunensis Hispanus Dux Caroli V. Imp. hanc ditionem occupauit, & præsidio fir-

ma-

mauit. Insula quoque Ilua partim Hetruriæ Duci, partim Hispanis postea cessit, nam hi Portum Longonem munierunt, ille Portum Ferratum vbi Cosmopolim condidit. Sed ante paucos annos Populonio, & Portu Longone eiecti sunt Hispani à Francis nostris. Hæc ditio Domino suo ante aliquot annos quadraginta millia aureorum reddebat.

§. 2. *Descriptio Geographica Tusciae, seu Hetruriae.*

N. V. M. I. *De Grafniana, Carfagnana.*

DITIO DVCIS { Vbi Castrum Nouum: *Castro Nuono*, de hâc
MVTINENSIS: } ditione egimus Num. 4. §. 4. cap. 3. huius
Carfagnana. libri, quem locum consule.

DITIO	FILATERRA: <i>Filaterra</i> , olim in Malespinarum ditio-
MAGNI	ne; nunc locus munitissimus Ducis contra Gen-
DVCIS	nuenses, & Hispanos Pontremulenses: caput est
IN	Marchionatus.
VALLE	RUPES SIBYLLINA: <i>Rocca Sibyllina</i> , oppidum quo-
M A -	que munitissimum in eodem trætu.
CRANA	Maliana: <i>Magiana</i> .
& A D	Castilio: <i>Castiglione</i> .
A P E N -	Casulæ: <i>Casola</i> , versus ditionem Lucensem.
N I N V M .	Fauitianum: <i>Finzano</i> .
· M u n i	Verrucula: <i>Verrucola</i> , Tusca cognominata.
G R V M G E -	Bagnonum: <i>Bagnone</i> , ad Fl. cognominem.
U N V E N S E M	FLVII IN { Bagnonus: <i>Bagnone</i> . MACRAM { Tauaronius: <i>Tauarone</i> . CADENTES { Utella: <i>Utella</i> . Bardinus: <i>Bardino</i> . } Valles per-
DITIO M. DVCIS IN-	rentia in { Iussolium: <i>Iussolo</i> . AGRVM GE- { Riccium: <i>Ricco</i> . U N V E N S E M { Groppolium: <i>Groppoli</i> . } mænas de-
SERTA INTER LVNE-	Arbianum: <i>Arbiano</i> . GIANAM ET AGRVM { Stadanum: <i>Stadano</i> . GENVENSEM. { CAPRIOLA: <i>Caprignuolo</i> . Villa: <i>Villa</i> . } currentes.

Parall. Geogr. Tom. II.

SSSS